Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35515
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Octava considerand agit de privilegiatis omnibus sic in sacro eucharistie et sacramentali absolutione et baptismo

Loquimur proinde de operibus privilegiatis intelligere fas est ex doctorum traditionibus quibus ut quemadmodum illa de se valeant ad satisfactionem redendum est plane quia eucharistie sacramentum continet in se plenitudinem omnis gratie et meriti spiritualis Michilominus quo ad satisfactionem preceptibus culpa nostra constituunt hoc sacramentum deus in meo pondere et mensura ita ut sit valoris finiti finitum vero multiplicet divinitus resultat unum quod multe qui si fierent in vinculum hem iam datum est in 6a consideratione Si de indulgentiis ut sint satisfactorie et sic de aliis indicandum consonum semper presupposita circumstantiarum aliarum parvitate Sic in sacramento penitentie datur gratia et diminuitur ut ex tollitur pena nisi tute sacerdotali absolutionis si non fuit obex ut fictio Insuper tradit scotus thos quia ita est efficax sacramentum penitentie in tute antecedente quia recedente fictione absolutio sacramentalis sortitur effectum suum ita ut non opteat iterum confessa prius iterare nec repetere proportionabiliter ad dicta doctorum de illo qui baptisatus manet in actuali voluntate peccandi quia tessante recipit baptismum effectum Hec opinio et si non tenet communiter a doctoribus et eget resolutione maiori fauet michilominus plurimum fragilitati mee et divine pietati eo quia vix sine fictionis alicuius admixtione confitemur exemplis

Nona consideratio dat consilium his qui vivunt ex fideiussione oblationis quibus sunt obligati pro eis orare declinatque ut satisfiat quod

Visque tu tandem es ordinatus adorandum nedum pro te sed etiam preterea potes in ipso meditatione tua distinte quod dictum sunt ut ab obligatione tua te aput deum et homines dissolvas Michilominus si quid in me consilium est Noli minus scrupulosus esse tua omnis nimis pondus ut medietas Committe totum istud deo qui tribus digitis potentie sapiente et clemente appendit molem terre qui nimis stat arene maris Dic ipsi tota spei fiducia Debitor sum pro me sum quia possit exigitas mea solvere Debitor quia me creasti Debitor quia sincere tui me redemisti cum tua precepta et tu mihi prens peccantem non damnasti Debitor iterum proximus quia